

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Lobeck

**Oratio De Ulrico Religioso, Iusto, Pacifico, Felici, Nestore Germanico,
Megapolitano Duce ... die 14. Martii pie defuncto**

Rostochii: Praeolo Reusneriano, 1603

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756689929>


Druck Freier  Zugang




I A



H Z M





ORATIO
DE
VLRICO RELIGIOSO,
IVSTO, PACIFICO, FELICI, NESTO-
re Germanico, Megapolitano Duce, Veteris gentis
Henetiæ Principe Illustrissimo, Comite Sverini, Rostochiensum
& Stargardiorum Domino, die 14. Martij
piè defuncto,


In solenni conventu & publicis Exequijs Gustrovij 14.

April. in templo cathedrali pronunciata,

Anno CIC IC CIII.

à

DAVIDE LOBECHIO, S. Theologiæ Doctore,
& Professore in Academia Rostochiana.



*ROSTOCHII
Prælo Reusneriano. Anno 1603.*

REVERENDISSIMIS ET ILLV-
STRISSIMIS PRINCIPIBVS AC
DOMINIS

DN. CAROLO, Episcopatus Ratzeburgensis Administratori,
DN. ADOLPHO FRIDERICO, &
DN. IOHANNI ALBERTO, Ducibus Megapolitanis, gentis Henetæ Principibus, Comitibus Sverini, Rostochiensium & Stargardiorum Domini,


DN. VLRICO, Episcopatus Sverinensis Administratori, Hæredi Noryvegiæ, Duci Slesvici, Hollsatice, Stormarizæ & Ditmarsizæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorst,

Dominis meis Clementissimis,

Orationem hanc funebrem, quam præsentes audiverunt, cum fausta precatione valedicuntis & felicitatis perpetuæ ac salutis æviternæ

Reverenter ac submissè

dico & consecro



David Lobeckius D.

1983.9.31

ORATIO FVNEBRIS,
DE VLRICO, DVCE
MEGAPOLITANO, NESTORE
GERMANICO.

SIC, eheu, comparata est hominum aetas, ut rebus secundis adversa, lati tristes, gratis molestae continuo perpetuoq; succedunt, non secus ut lucem diurnam nocturna tenebrae, a statu amoenitatem hyemis affteritas excipit. Sic, eheu, non raro evenit, ut illa ipsa, qua prius maximo animos nostros gaudio cumularunt, ea postmodum in ingentem nos mærorum conjiciant; ut verum sit vetus illud verbum, ubi mel ibifel, ubi vinum ibi fax. Exemplum ut longius ex superioris ævi memoria petamus, non est necessum. Vnus ille Princeps; cui suprema jam soluimus dictis fidem satis magnam facit. Quia enim quantaq; læticia Principem nostrum V L R I C V M patrem patriæ desideratissimum, prudentia singularem, auctoritate summum, pacis studio incomparabilem, Heroica corporis proceri & pulcherrim Majestate, cum illustri suo coniunctatu, ingredien-

A 2 tem fæ-

tem sapius confleximus? quanta voluptate gubernatio ipsius Iustitia & temperata nos complevit? quantum jucunditatis ex praesentia & conspectu ipsius gratissimo cepimus? Sed, eheu, latetiam illam merore, voluptatem dolore, jucunditatem acerbitate mutavit ejusdem longè optimi Principis excessus perpetuis lachrymis deplorandus. Ereptus enim est Reipub: nostra currus, auriga & pater, quo nullus fuit pietate major, nullus erga miseros clementior, nullus erga oppressos facilior, nullus erga omnes & singulos justior & aquior. Ereptus est nobis pietatis fautor, Ecclesia Nutricius, & Iustitia vindex. Erepta est Ducatui nostro patula & procera illa arbor Danielis dulcissimam tranquillitatis umbram nobis omnibus exhibens & quiete habitandi asylum prabens. Ereptum est Romano Imperio decus & ornamentum illusterrimum. Ereptum Orthodoxae religioni praesidium firmum. Ereptum deniq; nobis omnibus & singulis maximarum virtutum exemplar imitandum & speculum lucidissimum. O sortem, o mortem vel ipsis hostibus lamentabilem! Cui pectus erit tam saxeum, tam adamantinum, qui hujus Principis immortalitate dignissimi occasu non commoveatur? quis ab omni opere tam erit desertus, quem hic casus luctuosissimus non afficiat? dum videt eum mortis aculeo prostratum jacere, quo vivente

vivente vivebat, florente florebat, regnante regnabat: quis adeo immanis & inhumanus, qui tot Sere-
niſſimiſ & Illuſtriſſimiſ personiſ, mariti, patriſ, avi,
patrui magni, cognati & affiniſ mortem lugentibus
piam ^{oupiadie} non condoleat? quid mirum? Si Rei-
pub. caput in terram eſt demiſſum; ſi patriæ oculi
madent lachrymæ, ſi procerum Senatus maximo in
luctu & squalore eſt, ſi mœnia urbium & oppido-
rum paſſim planctibus circumfonant, ſi templorum
& ſcholarum parietes nigricant, ſi deniq; omnis fe-
xus & atas dolet, luget, mœret: Principem amisere
bonum & ſalutarem, patrem amisere φιλόſοφον,
ducem ac caput consiliorum amisere eximium, Do-
minum amisere clementiſſimum, Mecenatem ami-
ſere munificum, patronum amisere magnum, à quo
ſumma pietate, fide & benignitate fovebantur: non-
nè nos omnes & ſinguli privationem tanti boni ac-
curatiuſ conſiderantes merito cum Ieremia exclame-
mus? Quis dabit capitibus noſtris aquam & ocu- Cap. 9.
lis noſtris fontem lachrymarum, ut cladem, quam
paſſiſumus maximam, iuste deploremus; nonnè cum
Polycarpo sancto illo Dei Martyre ingemiscamus:
Ab Domine, in qua nos reservasti tempora. Pie-
tatis & Charitatis Deo debitæ certe pars non poſtre-
ma eſt, Principes viros & Duces fortiſſimos nobis
regendiſ & tuendiſ praefectos & vivos amare ac
A 3 colere,

Deut. 34. colere, & demortuos debito luctu & desiderio proſe-
qui. Sic Israēlitæ mortem Mōsis Ducis, antefi-
gnani & oculi ſui totos dies triginta in campeſtribus
Möab amare luxerunt & defleverunt. Sic Romani
Sabelli- occasum Germanici Imperatoris Drufi filij Cali-
cus lib. 2. gula adeo acerbè tulerunt, ut non ſolatijs ullis, non
En. 7. edictis luctus publicus inhiberi potuerit: perpende-
Eveto. runt enim utrimq; diſcrimen, quod Reipub. immi-
nebat praesentissimum. Quibus vero luctus signis
nos pietatem noſtram declarabimus? qua voce ma-
gnitudinem doloris, quem in praesentia ſuſtinemus,
teſtabimur? quo ve dicendi genere de clade, quam
Reipub. noſtra paſſa eſt maximam, conqueremur?
principiū cum ſplendida hac corona ea tempeſtate
de capite noſtro ſit avulſa, qua omnia in pejus ruunt
& retro ſublapſa feruntur, omnia ferè ſunt deſpe-
rata & deplorata: τολείν μὴ γῆγα κακῶν, τολείν δὲ τα-
καρων. Omnia ſunt maris & terra loca plena ma-
lorum.

Verum cum conſtantia & pietatis partes re-
quirant, ne nimium animi perturbationi indulgea-
mus, nevè indecore luctu aut dolore frangamur,
componamus animos noſtrós ex nimio mœrore ad
moderationem, & acquiescamus in dōnīa volunta-
tis divina, quam nemo plenè comprehendit, ne-
mo juſtè reprehendit, nec accuſemus fatum ſed fatui-
tates,

tates, hoc est, peccata nostra; propter hec enim, ut
Salomon inquit, multiplicantur Principes, *E*g̃ a-
vertamus oculos nostros ab hoc tristi *E*g̃ acerbo vul-
nere Reipub. ad considerationem beneficiorum di-
vinorum, quae *E*g̃ multa *E*g̃ eximia per hunc Princi-
pem nobis contigere, quorum memoriam grata men-
te nos conservare *E*g̃ vestigia virtutum illustri hoc
exemplo commone factos pro nostro modo *E*g̃ voca-
tione sequi decet. De his cum ad mandatum Supe-
riorum in his Exequijs Illustriſſimis verba ſim,
facturus, optarem me tantum eloquentia celebritati
exequiarum preſentium pie afferre, paremq̃ acerbitate
earum facultatem dicendi habere poſſe, quan-
tum doloris ſuſtineo. Vos autem, Principes Illu-
ſtrissimi, generosi, magnifici *E*g̃ ampliſſimi legati,
Equites Nobiliſſimi, viri Doctiſſimi, magnopere rogo,
quo animo, quaq̃ animi ſubmiſſione unumquemq̃
veſtrum rogarē debeo, *E*g̃ obteſtor, ut me orantem a-
quo animo audiatis *E*g̃ mihi pro veſtra facilitate
veniam detis, cum leniter tantum *E*g̃ rudi penicillo
virtutes beatissimi nostri Principis adumbrem *E*g̃
memorabiliora ſolummodo perſtingam: Nam ve-
roſe *E*g̃ vivos olores addere, neq̃ ingenij mei eſt, neq̃
ſi ingenium ſuppeteret, hoc tempore, in quo animus
propemodum dolore ſtupet, facere poſſem.

Sed

Sed unde commemorandi principium ducam? Num à natalium ac generis claritudine? At quis nescit, Principem VLRICVM Megapolensium Ducum sanguine esse progeneratum, quem quidem sanguinem ipsa temporum Vetustas & maximorum Principum ac Regum potentissimorum imagines longe illustrissimum reddidere. Nam ut illos taceam, qui à temporibus Alexandri Magni annis ab hinc mille duobus ab Antirio quodam prstante militia Duce generis hujus vetustatem ducunt, atq; quadraginta Reges Vandalarum & sex Africae inde ortos numerant: Nec illorum persequar sententiam, qui stirpe, ut videtur, non dubia, ejus seriem primam à Caroli Magni Imperio, apud quem Bilungum, militasse accepimus, texunt: quis ignorat familiam hanc, jam inde usq; à Pribislao Nicoloti filio ultimo Vandalarum, Obetritarum, Herulorum & Hennetorum Rege, urbis Rostochij ac Monasterij Dobberanensis conditore annis 450. floruisse & plurimos genuisse prstantissimos Heroas continua serie? Nam, ut eos mittam, qui in legibus Romanis ex transverso & latere vocantur & filium linea& descendenter duntaxat sequar. Quis vestrum non inaudivit de Burevino Pribislai filio? qui vita humana cultum civiliorem in his terris instituit & religionem stabilivit, ac pietatis sua monumentum post se reliquit

quit Monasterium sacrarum virginum, quod Novum nominatur: Cui non innotuit Henrici Bureuvi-
ni nomen? qui et ipse patris vestigijs insistens iusti-
tia fuit vindicta, et pietatis, prout tunc ferebant se-
cula, assertor fidus et Ditionis sua propugnator
fortis. Quem fugit Iohannis Theologi celebritas?
qui Marte et Arte clarus ob singularem litera-
rum sacrarum peritiam, humanitatem et vita sanctimoniam titulo Doctoris clarissimo ornatus et
Theologus ab omnibus dictus est, et de Repub. Chri-
stiana optimè est meritus, Livonijs ferocioribus devi-
ctis et ad veri Dei cultum traductis. Quem la-
tent Henrici, Iohannis Theologi filij, expeditiones in
Saracenos? et peregrinationes in Palestinam ter-
ram sanctam religionis et devotionis ergo suscep-
ta, in quibus optimus Princeps captus servitutem virginis
septem annorum satis duram est perpeccus tempore
Rudolphi I. Imperatoris. Hic ut ipse fuit Ma-
vortius Heros et bellicis virtutibus celebris, ita fi-
lium post se reliquit Henricum, qui ob animi ma-
gnitudinem et fortia facta Leo est cognominatus,
nam et omnem ferè etatem bella gessit neq; sanè in-
feliciter. Quis adeo rerum antiquarum est ignarus
qui de Alberto Henrici Leonis filio non audivit?
Hic ut propter insignem pietatem in Deum, eximia
in Romanum Imperium et patriam merita et bel-
licas

B

litas

1348.

licas virtutes primus Dux Megapolitanorum à
Carolo quarto Imperatore Romano cum fratre Io-
hanne Pragæ est creatus, & in numerum Princi-
pum Imperij cooptatus, ita postmodum multa egre-
gia se & majoribus suis digna edidit. Nam & Da-
nos profligavit & extra Ditionis sua pomeria rele-
gavit, & latrones passim tunc grassantes capitali
suppicio extirpavit; unde apud exterios pietatis &
Iusticia laudem est consecutus, ac filium Albertum,
Regem Sueciae vidit. Ad cuius aures non est de-
lata fama Iohannis filij Magni, Alberti, Sueciae
Regis ex fratre Nepotis, Principis V L R I C I,
beatissimi abavi, Heröis fortissimi & corporis ac a-
nimis dotibus excellentis, qui præter alia, qua præ-
clarè gesit, Academiam Rostochiensem cum Alber-
to patruere Alberti Suecorum Regis filio, anno su-
pra mille quingentos decimo nono Pontifice Marti-
no V. & Sigismundo Imperatore condidit & to-
tam provinciam prudentia singulari feliciter rexit.

Cui filius Henricus Pinguis V L R I C I pro-
vus, Ducatum Vandaliæ mortuo Wilhelmo postre-
mo Duce, à posteris Nicolai recipiens, in gubernatio-
ne successit & Rempub. gubernandam exceptit, filiosq;
animi excelsitate & ingenij corporisq; donis maxime
conspicuos Magnum & Balthazarem post se reli-
quit: quorum Magnus Principis nostri V L R I C I

avus

avus ingenio, magnitudine animi, Pietate Iustitia,
Prudentia & alijs virtutibus magno Princeps
dignis adeo excelluit, ut majores longo intervallo
post se relinquenter & sequentibus exempli virtutum
imitandum præberet. Quid nam de patre *VLRICI*
Principis Alberto: quo nullus in toto Imperio Ro-
mano Princeps, Heroica corporis proceri & robusti
majestate augustinior & pulchrior ea atate fuisse per-
hibetur, & in quo animus maximus proceritatem
corporis commendatiorem & illustriorem reddens
eluxit, qui Religionis & pacis publica causa Co-
mitia Imperij non semel adiit & virtutum monu-
menta alia post se reliquit egregia. Magnum certe
& ingens Dei beneficium & singulare providentiae
divina testimonium, quod inclytam Ducum Mega-
polensis Prosapiam continua, & nusquam interru-
pta sanguinis Serie, inter tot Imperiorum mutatio-
nes, Regum ac Principum familiarum interitus pro-
pagarit, conservarit & defenderit per Heroas fortissi-
mos continuo ordine & lege justa sibi invicem succe-
dentes. Matrem Princeps *VLRICVS* habuit
Annam Marchicam loachimi I. Electoris filiam,
piam, intelligentem, beneficam, Rempub. & subditos
materna & exi complectentem; de cuius familia si ora-
tionem instituere vellem, amplissimus dicendi campus
se aperiret. Quem enim latet, quantus Princeps fuerit

B 2

Frideri-

Fridericus I. Elector avus Principis nostri maternus, qui vere fuit malorum terror, bonorum amor, populi Salus, hostium pestis, Musarum Mecænas, barbarie profligator & miraculum fere ejus etatis, qui ut ingenij & fortunæ ornamentis, sic latine & germanice dicendi facultate ac eloquentia ceteris Imperij Principibus præstítit, & omnium rerum cognitione & usu cum belli tum pacis tempore instru-
elissimus fuit: Quem fugit proavus Iohannis Elec-
toris celebritas? cuius prudentiam & consilia ex-
quisita Reges & Principes suscepserunt, quem exteri
& incola propter acre judicium & eloquentiam sin-
gularem sunt venerati, & Pacificum, Magnum
& Ciceronem Germanicum indigitarunt. Nemo,
nisi seculi ejus, in quo vivit, nescius est, ignorare po-
test, quis Albertus Abavus maternus fuerit, quem ob Heroicam animi magnitudinem & præclara-
facta, virtutesq; bellicas, Itali Achyllem Germani-
cum appellarunt. Ex his parentibus & majoribus
Illusterrimus Princeps defunctus anno supra mille
quingentos vigesimo septimo, 22. die Aprilis natus
est, quo eodem anno Maximilianus II. Ferdinandi
filius postea Romanorum Imperator, & Philip-
lus Caroli V. filius Hispaniarum Rex in lucem
sunt editi. Sicut autem hic annus nativitate trium
borum Principum Imperio Romano faustus illuxit,
ita in-

ita infausus & atro lapillo notandus huic Ducatu non semel exstitit mensis Martius, ut qui ante annos undecim Principes duos Megapolenses, Heröas præstantissimos Christophorum V L R I C I nostri fratrem & Iohannem ex fratre Iohanne Alberto nepotem, & nunc, eheu, V L R I C V M ipsum nobis ademit.

Verum cum nec genus & præavos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra putent: Et tota licet veteres exornent undiq; cera Atria, nobilitas sola est atq; unica virtus, propius ad rem ipsam accedamus & proprias laudes ac veriora insignia incliti nostri Heröis cognoscamus. Quemadmodum enim generosissimus Princeps noster natus fuit majoribus & parentibus, ita semina virtutum excellentia à parentibus in se propagata secum in lucem protulit. Deus enim in familijs Heroicis, quas reliqua hominum multitudini regenda præfecit, motus etiam animorum meliores & feliciores & vim naturæ præstatiorem conservare & propagare solet: virtutum hac semina in ipso vita exordio se statim exeruerunt & imaginem vita subsecutura conspicendiā præbuerunt: οὐλία γό φυτὰ δῆλα ἀ μειδεῖ, κάρημα ἔσεσθαι: Pater ergo Albertus & quiā, quæ in filio V L R I C O primis statim annis eluxit, excollendam & exuscitandam recte & prudenter censens eum initio ad pietatem,

B 3 ad mo-

ad mores regios, ad literarum studia & Equestris
exercitia assuefecit, & viro erudito & gravi Wolff-
gango Leopoldo, Friberga in Misnia nato in
disciplinam tradidit; & in aulam Bavanicam ad
Albertum Principem, cuius tunc erat summa au-
toritas, ablegavit, apud quem se ita gesit, ut heroic-
æ indolis Principe dignum fuit, animum saluberrimi-
mis præceptis excolens & corpus arte equestri exer-
cens: cum enim atate esset juvenis, corporis forma
procera pulcherrimus & viribus ac lacertis firmus,
nihil eorum negligebat, qua equestrem ordinem de-
cerent, atq; decorarent: Exemplum Principe viro
dignum & ab omnibus ex Heroicis parentibus natis
imitandum: Vult enim Deus, ut motus animorum
generosiores, quos in heroicis familijs conservat &
propagat, & igniculi virtutum in natura latentes
exuscitentur. Mortuo patre Alberto, anno supra
mille quingentos quadragesimo septimo Princeps no-
ster triennio post, etatis sua anno vigesimo tertio, E-
piscopam Suerinensem morte patruelis sui Ducis
Magni vacantem, commendatione Henrici senioris
patrui, obtinuit, seniore fratre Alberto tunc in Borus-
sia commorante & Sponsalia cum Anna Sophia
Borusia Ducis filia celebrante: Fuit autem hic
Magnus Henrici filius, Princeps ingenio, sapientia
eruditione, virtute & pietate præstans, latine &
gracè

gracè insigniter doctus, quem viventem. Et supersti-
tem omnes boni in patria suspiciebant, colebant et
summam de illius bonitate, Prudentia, Iustitia, in
literas et literatos munificentia expectationem fo-
vebant, immatura vero morte sibi erexit. Ante 1550.
patrem Henricum, nullis post se reliquis liberis, ex
vita evocatum acerbè lugebant. Postquam vero
Henricus, cum quadraginta octo annos patriam
sapienter et feliciter rexisset, Magnum filium morte 1552.
subsecutus extremum vita diem concluserat, et
Georgius frater Principis ULRICI juvenis, quo,
pro libertate Germaniae et puritate religionis una cū
fortissimis Heroibus Mauricio, Duce Saxonia Io-
hanne Alberto, fratre seniore, Wilhelmo Hassie
Principe, fortiter pugnans tormento ex Francofordia
ad Nænum obsessa, ictus ceciderat, Iohannes Al-
bertus Ditionem Megapolensem universam initio
occupavit, sed eam postea ad intercessionem provin-
cialium et amicam compositionem à Iohanne Ele-
ctore Brandenburgico et Borussia Duce socero suo
institutam ex quo cum fratre ULRICO, sede gu-
bernationis et familia sua præcipua Suerini fixa, et
ULRICO Gustrovio relicto, est partitus. Eam au-
tem, quam prudenter, quam moderatè et in quanta
pace ac tranquillitate annos quadraginta novem
Princeps ULRICVS administravit et rexit,
nemini nostrum, ut qui omnes sub ipsius umbra
tuti

tuti hactenus delituimus, ignotum esse posse existimo:
si enim pietatem spectes, fuit in eo eximia, si pruden-
tiam singularis, si auctoritatem, summa, si modera-
tionem, justissima & quissima, si pacis curam, ma-
xima, Huic enim Principi nostro beatissimo & fra-
tri Iohanni Alberto immortalitate digno conjun-
ctam gubernationem tunc tenentibus debemus, quod
Ecclesia certa doctrina norma, certa disciplina, certo
inspectionis ordine & Iudicij ecclesiastici floreant,
quod Iudicia publica & alia praesidia Iu-
stitia & administranda & paci publice tuenda nece-
saria vigeant, quod Academia Religionis domici-
lium & doctrinarum sedes sit redintegrata: que
omnia ante annos quinquaginta in his terris jace-
bant, cum intra sexenium vix semel in Iudicio pu-
blico provincia causa cognoscerentur, Ecclesia sine
certa inspectione passim squalerent, & Musa in A-
cademia & Scholis fere silerent. Sicut autem in Epi-
scopatu Suerinensi Magno patrueli Princeps no-
ster succedit, ita Magni viduam Elizabetham
Heroinam ingenio & omni virtute excellentem
Friderici I. Dania Regis filiam anno supra mille
quingentos quinquagesimo sexto in matrimonium
acepit, nuptijs Haffnia in Dania celebratis: cum
qua fidissima adjutrice sapienter & feliciter eco-
nomiam & familia aulicę disciplinam & alia mu-
neris

neris sui officia regente annos amplius triginta in con-
jugio pleno pietatis; concordia & suavitatis, nullus
interpolato tragicis calamitatibus vixit, & ex ea
filiam unicam Sophiam avia materna & suscep-
pit, Heroinam ingenij & virtutis materna ha-
redem, qua Friderico II. Danorum Regi laudati-
fima memoria connubio est juncta, ex qua tres nepo-
tes Christianum IV. Dania Regem inclytum &
potentissimum, **ULRICVM** Episcopatus Sueri-
nensis Administratorem & Iohannem, qui superio-
ri anno in Muscovia Sponsus filia magni Musco-
vitarum Ducis obiit, ac quatuor neptes florentes
Princeps vidit, quarum una Iacobo VI. Anglia,
Scotie & Hybernia Regi, altera Christiano II.
Electori Saxonie, tertia Henrico Iulio, Duci Brun-
suicensi & Lunaburgensi, quarta Iohanni Adol-
pho, Holsatia Principi, Heroibus fortissimis nupse-
runt, & a vo pronepotes & proneptes felicissime ge-
nuerunt. O felicitatem raram, qua haud scio an ulli
Principi Imperij contigerit: Hac enim Princeps ut
arbor excelsa & pulcherrima omnium virtutum fru-
ctus uberrime ferens, & virtutum exempla præbens
excrevit; bac prolis sua lata stirpe propaginem &
florentes pace ac virtute nepotes & neptes aspergit,
bac ditatus est larga illa benedictione, quam Iehova
sentimentibus, Psal. 128. pollicius est. Elizabetha

C

conjuge

1588.

Pietas.

conju^ge priore amissa Annam, Philippi Principis Pomeraniae filiam, omnibus virtutibus Heroina convenientibus ornatam connubio sibi junxit Princeps, quod, licet sterile fuit, arctissima tamen necessitudine ita devinctus in eo utriusq; fuit animus, ut vere vetus illud de se usurpare potuerint ψυχη μια ζωή, & δύον ὄφει λογθ. Anima una vivimus, non duabus. Nunquam ullam rem Princeps voluit, in qua illi adversatrix fuit Heroina, nullis consilijs, nullis actionibus de Repub. se admiscere aut implicare studuit: unum hoc egit, ut suo Principi & Domino bene esset. Ea erat in utroq; vita continentia, is pudor, ea sobrietas, ut nulum verbum turpe, ne per focum quidem ex illis auditum, ut; ij, quibus ad interiorem consuetudinem fores patuerunt, integerrimi testes esse possint. Sed ut ad gubernationem Principis revertar, emicuit in ea & vita totius curriculo, ceu Hesperus quidam lucidissimus, religiosa erga Deum Pietas, qua ut virtutum omnium reliquarum, mater & Regina, totius vite dux & Rectrix & omnium felicium successuum causa est, ita & personam Principis illustriorem & totam vitam feliciorem reddidit. Verbum Dei juxta praeceptum Apostolicum in cubiculo & pectore generoso Principis abunde habitavit, sincero corde Princeps illud amavit, libenter & attente in publico Ecclesie catu oraculorum divinorum explicaciones adivit,

divit, Biblia sacra τῆς Φυχῆς φαεμανα diurna nocturnaq; manu versando sapissimè revolvit & nullum diem à lectione & meditatione sacra praternisit; unde tantum in Codice sacro profecit, ut & ipse veritatem cœlestem intelligeret, intellectam alijs explicaret, explicatam εἰ μίαν οὐκον seu unum corpus redigere: vera me loqui & nullius auribus hic aliquid dare, testatur aureus liber, quo doctrina Christiana locos fere omnes optimo ordine complexus & phrase elegatissima est interpretatus, & in signiora Scripturae testimonia, hereticis & schismaticis eis Gorgonis caput, objicienda, manu sua descripsit, & comportavit; è quo vel aliquid solatij in malis rebus, vel consilij in perplexis; vel doctrinæ ad credendum & agendum semper hausit: O studium vere pium, ô laborem hac atate fere inauditum; tempus, quod alij intempestiva venationi impendunt, alij aleis tribuunt, alij commessionibus & helvationibus consumunt, id Princeps noster lectioni sacræ consecravit.

Prædicatur Cambyses Persarum Rex Cyro filio ad avum Alyagem Medorum Regem ituro demandans, ut nihil vel publicis vel privatis rebus agendum susciperet, nisi sacris peractis, Deorumq; voluntate augurijs perspecta & cognita: humanum enim genus erroribus plenum esse; at Deos cum semper fuerint, omnia norint praesentia, praterita & futura,

C 2 invoca-

Xeno-
phon
lib. I.
Pedia.

invocatos adesse consultationibus hominum: Laudatur Alphonsus Aragonum Rex, quod Deo Optimo Maximo quotidie pro omnibus beneficijs gratias eggerit, Et tria in primis Deo gratum animum obtulerit, quod se hominem non beluam, quod Christianum, quod tot et tantorum regnum Regem et Dominum creasset. Quanta vero laudes, quanta praecocia, elogia quanta Principi nostro beatissimo debentur, qui non solum singulos dies a preicatione numinis divini est exorsus et gratiarum actione ardente clausit, sed et horas certas quotidie lectioni et meditationi sacra tribuit, quas a negotiis auferri raro est passus, et omnibus exemplum imitandum reliquit. Meletemusque Megalandri nostri Lutheri spiritu et vita plena amavit, diligenter legit et magno judicio evolvit; Et ut usus lectionis Biblica quovis tempore sibi promptus et expeditus esset, ingentem cumulum insignium dictorum, instar maximi thesauri memoria reconditorum secum circumferebat, quorum insigniora, quibus & deuotissimis seu felicem ex hac vita emigrationem jam aliquot annis meditatus est et contra mortis morsum se erexit, partim sua manu loculo stanneo, quo corpus exanime hic reconditum videntis, insculpsit, partim vero per alios insculpi curavit, inter qua postremo loco cygneam Simeonis cantionem tanquam vitam sua peractam catastrophen latissimam et

maen Σ Trophaum & viternum posuit Σ consolatio-
nem et comprehensam magna πληροφορια sibi applica-
vit Σ admodum Emphaticè expressit his verbis.
Nunc dimittis Servum tuum Domine in pace, secun-
dum verbum tuum, quia viderunt oculi mei saluta-
re tuum, quod parasti ante faciem omnium populo-
rum, lumen ad revelationem gentium Σ gloriam
plebis tua Israël, addidit Princeps, Σ tui hic jacen-
tis ministri, qui salutare tuum verbum audivit Σ ei
firmiter creditit, Σ omnem suam fiduciam in mor-
tem tuam amaram, resurrectionem latissimam Σ
ascensionem glorioſſimam collacavit, cui etiam tu
Domine Iesu, per mortem tuam temporariam ja-
nuam vita aeterna aperuisti; noli ergo admittere, ut
sacrosanctum tuum meritum quo ad me sit irritum
 Σ inane, sed ut resuscitatus cum beatorum Angelo-
rum Σ Electorum hominum choro te aeternum cele-
brem: Intelligitis, n̄ fallor, medullam Theologiae inti-
mam, consolationis vera nucleus, mortis antido-
tum, vita aquam, crucis levamen, salutis galeam,
fidei clypenm hinc Principem nostrum comprehendis-
se, quibus Homo pius se contra mortis morsus, Diabo-
li insultus, mundi terrores, Σ conscientiae angores
tueri potest. Declaravit hanc suam pietatem Princeps
fidei Σ fidei fructibus Σ τεμηνεσις: Quoties enim, Fides &
quantaq; animi compunctione absolutionem petierit, fidei fru-
ctus.

quanta reverentia & devotione animi in hoc ipso
templo & alibi Cœna Domini sit usus, & exemplo suo
efficacius, quam ullis mandatis subditos ad Eucha-
ristia usum & reverentiam erga ministerium verbi &
Sacramentorum invitavit, quantopere hujus sacri E-
puli misericordia & pœnas sacro sancti Corporis & Sanguini-
nis Christi efficaciam & dulcedinem prædicaverit
& fæderis divini secum in Baptismo initi recorda-
tione in omnibus adversitatibus seipsum confirmaverit,
partim nos ipsi oculis nostris summa cum volu-
ptate aliquoties conspeximus, partim vero & in pri-
mis illi norunt, qui à sacris concionibus & latere ei
fuerunt: Taceo, quantus in eo fuerit ardor precandi,
quantus suspiria, gemitus quantos eximo corde de
promtos in finum Dei effuderit, & quanta πληροεια
cum Deo in precatione egerit, quem nisi benedicen-
tem dimittere noluit: divina Majestatis cultor es-
se, quam videri maluit, illud Augustini in confes-
tione habens. Non in labiorum motu, verum cordis
orationem ad Deum consistere. Est vera in Deum
fides lumen animæ, ostium vitæ, fundamentum salu-
tis, asylum in auxietate, anchora sacra in perplexi-
tate, qua cacos illuminat, penitentes reparat, pecca-
tores salvat, vacillantes erigit, stantes confirmat, &
perseverantes rude beatitudinis æterna donat. Hac
adeo cura & cordi Principi nostro beatissimo fuit, ut
ejus

ejus quasi propria quodammodo fuisse videretur; hujus adminiculose ad Invocationem, confessionem, moderationem & aliarum virtutum in gubernatione necessiarum officia exuscitabat. Hac tanquam firmissimo fundamento & turri fortissima imitebatur, hanc velut gubernaculum omnibus consilijs & actionibus in tota administratione sui imperij praeficiebat, hanc veluti sacram anchoram in omnibus periculis esse statuebat, hac deniq; Christum unicum salutis nostrae auctorem apprehendebat & firmissime statuebat, propter Mediatorem hunc sibi soli remitti peccata, se esse in gratia & haredem vita aeterna. Quid dicam de Zelo purioris doctrina? quid de Confessionis constantia? quid de anno & fanaticorum odio? quid de patrocinij & defensionis sincerorum doctorum fide? quid de veritatis cœlestis conservanda & propaganda studio? Cum enim non minor sit virtus, quam querere parta tueri, Princeps de Orthodoxa religione à tenebris Pontificiorum cymmerijs & Sacramentariorum colluvie repurgata ad gratiam posteritatem, si qua futura est, transmittenda, non minus, quam de propria salute fuit sollicitus: sparsis corruptelarum seminibus & gliscientibus in doctrina Religionis dissidijs, dici non potest, quam gravi, heroica & Zelo plena indignatione
commo-

commotus de incendio mature restinguendo cogita-
verit laudatissimum exemplum Constantini Magni
Et Theodosij Imperatorum imitatus: sciebat Prin-
ceps longè optimus se in loco eminentiori à Deo Rege
Regum Et Domino dominantium esse constitutum,
ut pro lege Et grege vigilaret sedulo, Et pro aris Et
focis dimicaret fortiter, totus ergo in eo fuit, ut grata
posteritas meliori calo Et luce divinitus sparsa felici-
ter in perpetuum foveretur. Ex hac paterna cura
Et veritatis cœlestis studio profectum, quod divino
plane instinctu opus Concordia religiosa cū beatissi-
mo Augusto Electore sua auctoritate, qua apud
Principes Et Status Imperij valebat maxima, adju-
verit fideliter Et per suum Theologum eximium
D. Davidem Chyträum, beatæ memoriae, promo-
verit feliciter, cuius causa innumeræ gaudent Eccle-
sia, latantur in cælis ipsi Angeli, fremit autem Et
indignatur mundus. Hinc etiam factum, quod Or-
dinationem Ecclesiasticam ante annos quadraginta
sex à fratre Iohanne Alberto Et se promulgatam
propter nescias non nequeas Crypto Zuinglianorum
quorundam sub ejus clypeo delitescere satagentium Et
certamina recentia, sub incudem revocari Et revideri
Superintendentibus Et Theologis injunxit, re-
visam cum appendice Calvinianis opposita suo cal-
culo approbārit Et approbatam paulo ante mor-
tem edi-

tem edictio publico promulgarit, in quo Princeps testatur se in ista confessione, usq; ad extremum vita Spiritum ^{anum deum} perseveraturum & latum in Dei conspectu compariturum. O meritum utrumq; universa Ecclesia Orthodoxa & posteritatis salutare. O beneficium Principis excellens. O pietatis & philosophicas exemplum merito, in numerato habendum. Laudent Iudai studium & laborem Salomonis, Spiritu Dei & omni sapientia admirandi Regis quem impendit in adificatione templi Hierosolymitani, quod Deo immortalitudo sumptu tantoq; splendore extruxit, ut ipse Sol nihil unquam aut spectabilius aut magnificientius viderit, partes mirifice sunt decoratae & pulcherrime. Prudenter gloriosae & in celum laudibus efferant Romani C. Caesaris beneficium, qui Pontinam paludem non solum exiccavit, sed etiam per illam medium multis pontibus infinito sumptu exstructis viam stravit, ut accolis in urbem iter multo & brevius & commodius esset; nos grata mente agnoscemus & lata voce depraedicabimus utrumq; hoc Principis nostri beatissimi beneficium, quod non domum caducam & ex materia temporis injuria obnoxia extrectam, sed vivum Dei templum & ^{renovatum} Deo immortali adificavit, & iter non ad aliqua corporis cōmoda & vita præsentis interitura emolumenta, sed ad ipsam cœli arcem & cœlestem civita-

D

civita-

civitatem curavit nobis aperiendum, utribus Dia-
boli & spinis hereticorum & schismaticorum revul-
sis. Si pro eo Principi beatissimo immortales gratias
nos debere dixerimus, officio nostro atque aequitate
nihil indignum profitebimur.

Velim, ut in hac causa adhuc unum quiddam
observetis, momenti non exigui. Memini me ex ore
D. Simonis Pauli, b. m. Theologi magni & Zelo-
domus Domini, quo ad vivet, ardentis, audivisse:
Principem aliquando ipsum his verbis allocu-
tum fuisse. Deus me Principem hujus Ditionis &
custodem utriusque tabula constituit, ac munus ar-
duum & difficile mihi demandavit, de quo mihi in
extremo Iudicio Christo Iudici vivorum & mortuo-
rum reddenda erit ratio. Vos autem per me consti-
tuit Ephoros & Episcopos Ecclesiarum. Attendite
ergo vobis ipsis & gregi vestrae inspectioni & fidei
concredito, & officium vobis commissum facite, qua
decet cura & fide, ut utrimque in resurrectione justo-
rum lati ad tribunal accedere queamus: hoc enim
vobis praedico me quod ad inspectionem Ecclesia-
rum tunc ad vos provocaturum. O altam & gene-
rosam mentem.

Cura er- Ex hoc vera pietatis studio & veritatis caelstis.
ga Acade amore, ceu flammula, in Heroico pectore Principis.
miam. nostri à Spiritu sancto accensa, exarsit Cura vere
paterna

paterna erga literarum studia & Academiam :
quam ut ante annos 184. sapientissimi hujus Balti-
ci littoris gubernatores ideo condiderunt, ut commu-
ne esset ~~repu~~ⁱⁿ novum & illustre domicilium, in quo vera
doctrina de Deo & alia artes vita & necessaria adser-
varentur, ita eam Princeps fovit & instar Clenodiae
seu thesauri totius Ducatus habuit & non solum sua
munificentia eam locupletavit certis sumptibus an-
nulis, quo liberalia penderentur stipendia Doctori-
bus, sed etiam adjuvit, defendit & ante quadriennium
visitavit, accurate in docentium & discentium
labores & singula bonum publicum spectantia inqui-
sivit ; perspexit enim Princeps pro sua prudentia
singulare, nec Ecclesiam florere, nec Rempub. recte
habere posse, si non Schola constituantur, in quibus
efflorescens & tas cum alias bonas artes, tum sacras li-
teras pure recteque discat, & unde tanquam ex Equo
Trojano prodeant quam plurimi, qui scientia vera
religionis, legum, & omnis humanitatis sic excellant,
ut ijs vel munera in Ecclesia docendi, vel partes Rei-
pub. curanda tuto committi & recte mandari pos-
sint. Cura certe Principi decora & optimo Magi-
stratu digna : Studium memorabile & posteritati
salutare ; cum quo profecto nullum militare decus,
nulla castrensis gloria conferenda, hac enim semel
fortasse profuerint, at illud semper salutare.

D 2

Laudan-

Laudantur maiores Principis nostri, qui cœnobia
(quorum ditiora in hoc Ducatu sunt sedecim) ex-
truxerunt, templa adificarunt, Et otiosa canentium
collegia addiderunt, at aeternis laudibus dignus est
noster Princeps, qui eadem inquinata repurgavit,
fere collapsa instauravit, Scholas, Xenodochia Et
Hospitalia in aliquibus oppidis erexit, Eleemosynis
liberalibus auxit, Academia Et Ecclesijs viros pios,
eruditos, moderatos Et placidos præfecit eosq; fovit,
Et ut idoneos retinere posset stipendia annua auxit.
Hoc ipsum templum cathedralē id comprobat, quod
ante complures annos fere desertum Et horrei horri-
di instar, curribus tantum reponendis, alijsq; impe-
dimentis destinatum fuit, jam vero cura Et muni-
ficiencia Principis nostri in hunc modum expolitum
est, Et cum alijs ornamentis tum vero Illustrissimo-
rum Principum Megapolensium Genealogia arte
facta decoratum.

Cum sapientia accidat, ut ingenij præclaris Et ad
majora natis obstat res angusta domi, quo minus e-
mergere possint, Princeps non tantum communem
mensam ante annos complures cum fratre Iohanne
Alberto in Academia Rostochiana erexit, sed supe-
rioribus annis eandem donatione munifica locuple-
tavit, ut scilicet quam plurimi liberalitatis istius
fructum aliquem perciperent.

Pietas

Pietas porrò ut ad omnia est utilis, teste Apostolo, ita mansuetudinis, moderationis, Iustitiae, Temperantiae & aliarum virtutum mater fœcunda est, quarum Idea illustris vita & gubernatio Principis nostri tota fuit, Nihil enim in ipso fuit immoderatum, nihil crudelē, nihil acerbum & intolerabile, omnia vero tam in publica, quam privata vita temperatissima, moderatissima, humanissima, mitia, benigna, mansueta, in actionibus & vita gubernatione verò aquamentum, ut sexi Pompeij verbo utar, cui Canonem in Statera representabat, atq[ue] ^{ioceplar} illam, quam Tullius equilibritatem appellat studiosissimè observabat: nunquam ipsum vel vindicta cupiditas vel ambitio, vel ira impulit, ut alienum à justi & moderati Principis officio quicquam admitteret, aut contra justum & equum agebat: qua in resummis Principibus, Cyro, Scipione, Agesilao & similibus à quibus nullum verbum asperius unquam prolatum fuisse scribitur, merito comparatur.

Nec minori Iustitia in homines, quam Pietatis in Deum laude Princeps noster fuit præclarus. Agnoscebat, ut gravissimè alicubi Aristoteles, ex quodam Archita monet, Magistratum esse similem ARÆ: ut enim ad Aram configuiunt, qui in certo versantur discrimine & de vita periclitantur, ita

apud Magistratum bonum receptaculum tutum
habere debent, qui injurijs afficiuntur aut vi oppri-
muntur, ita omni cura, fide & labore id agebat, ut
in suo patrocinio omnes asylum, in suo auxilio o-
mnes sacram quasi anchoram haberent, ad quam in
secundis semper respicerent, in adversis se reciperent:
leges ipse dabant & accipiebat, ijs reverenter obtem-
perabat & alios obtemperare volebat & cogebat:
juxta eas subditos regebat, thronum Principatus
sui Iusticia & veritate confirmabat, & communi
suorum utilitati consulebat.

Et cum lex Divina aeterno & immoto septo justa
& injusta discernens, atq; leges politicae indè tan-
quam rivuli ex fonte promanantes sint norma justa
gubernationis, tam juxta has, quam illam Iudicia
publica constituit, quorum moderationi viros sapien-
tia, doctrina, Iustitia ac veritatis amore præstantes
præfecit, ut sic in toto suo Ducatus & leges, non
vis & arma vigerent & dominarentur, injuria de-
pellerentur, latrocinia & seditiones arcerentur, mode-
stiores contra insolentiores defenderentur, tenuiores à
petentiorum vituti essent, unicuiq; suum tribuere-
tur & Iustitia singulis sine personarum respectu ad-
ministraretur.

In Iudicijs ut omnia eò rectius, fidelius & felicius
administrentur, ipse causarum cognitioni interfuit
& pre-

¶ praeuit memor veteris illius: unde dixi dixi dons
αμφοῖν μνήσεων αἰσθόντος: Et non solum sibi, quoties judicium
exercebat, in mentem revocabat, sed et alij occine-
bat divinum illud, Non hominis exercetis judicium
sed Dei, quod à Iosaphato Rege Magistratibus in-
culcatum fuisse sacra memorant oracula, idq; ut te-
nacius animis eorum, qui Iudiciorum moderationi
præsunt, infixum haberet, Imaginem extremiti Iudicij
artificiose depictam in loco Iudicijs publicis depu-
tato collocari et in conspectu eorum esse voluit; ut
scilicet haberent semper, quod ipsis aurem vellicaret.

Nihil præter fidem et ingenium ad judicia pu-
blica causasq; etiam eorum, quibus bene cupiebat, ad-
ferebat, quod in L. Crasso et M. Antonino laudat
Tullius, unam aurem accusatori haud difficulter
præbebat, alteram vero reo integrum et intactum
reservabat, quod in Alexandro prædicat Plutar-
chus. Ambages et prolixitates Processuum Iuridi-
corum cane pejus et angue aversabatur et nun-
quam non testabatur, sibi eas maxime displacebat,
et quamvis huic hydra non semel capita amputa-
vit, subinde tamen nova et alia repullularunt.
In quibus penitus avellendis et exflirpandis,
utinam Magistratus tam vigilans et sedulus
esset, quam in ijs excogitandis et protruden-
dis ingenium humanum sagax et negociosum
est:

eſt: Et ut numero dicam, nihil in administratione
Iuſtitia à Principe noſtro actum eſt temere, nihil com-
miſſum, nihil prætermiſſum, quod in Reipub. & ſub-
ditorum detrimentum cedere potuit.

Ipſe licet natura magis ad lenitatem quam ſe-
ritatem eſſet propensus, Iuſtitia tamen amor flagran-
tiſſimus eos illi ſtimulos adiiciebat, ut improbis &
facinorofis, vix eo quiſquam magis eſſet infeſtus: in
ſceleribus & pectoralibus vindicandis, in primis vero
homicidijs puniendis ita acer atq; strenuus erat, ut
haud immerito quiſ dubitet, magisne mansuetudi-
nem virtutis Zelus acuerit, an Iuſtitiam moderatio
commendarit; & ut multa paucis dicā. Ipſe Iuſtitia e-
rat oculus, Iuſtitia Os, Iuſtitia manus, quiſ juſtum
eſſet videbat, intelligebat, juſtum ab iuſto diſerne-
re poterat, juſtas ſententias pronunciabat, Iuſtitiam
ſingulis adminiſtrabat, leges juſtas dabit & omni-
bus vitijs Iuſtitia adverſis bellum quaſi indixiſſe
videbatur: Et certè: Si alicui mortalium noſtra
etate nomen τεταγόνως ἀνεῳδος, quo Plato virum inte-
grum indigitat, tribuendum eſt, Princeps noſter jure
illud ſibi vendicare potest, ſi enim ulli homini per-
pauca, que in homine abſoluta putamus, defuerunt,
Principi VLRICO deſuſſe gratae & verè affe-
re poſſumus. Exemplis hoc illuſtrare tam eſſet prom-
ptum, qua non neceſſarium, cum univerſa Princi-
patus

patus sui administratio, quam magna ex parte solus
non exiguis cum difficultibus conjunctam, annos
quadraginta noven veluti alter Atlas sustinuit, il-
lis sit plena, nec multorum annorum gesta brevi O-
ratione includere sit conveniens.

Nihil dicam de singulari Principis sapientia ; Sapientia
qua excultus laudem maximam & fructum utilita-
tis eximium tulit ; Nihil de singulari comitate, qua Comitas.
omnes Gratia ex generoso ipsius pectore elucebant :
verè enim in eo erat ἀπειδὴς ἡδονῆς, οὐ γάρ τοι σέμα,
ἀνεγράφειν εὐδαιμονίας έχων, οὐδὲ ηλικίας.

Nihil de Temperantia, cui studiosissimus fuit ; Tempe-
rantiae.
Norat enim hanc esse Prudentia custodem, valetu-
dinis corporis, ingenij & sensuum alumnam, castita-
tis & reliquarum virtutum Nutricem. Ubi tempus
& occasio postulabat, cultus vita ipsius erat lautissi-
mus, viros Principes, ēn hac transirent, cupide & ma-
gnifice excipiebat, & nihil, quod ad ipsorum vel legato-
rum dignitatē spectare videbatur, defieri patiebatur :
alias a ita frugaliter & temperate vivebat, ut ejus
Dieta frugalitatis exemplum esse potuerit omnibus.
Aula non luxu diffuebat, non fastu erat inflata,
non libidine profusa aut perdita, non strepitu, non
canibus, non equis, non turbulentio satellitio tumul-
tuans, sed frugalitate sobria & sobrietate frugali-
temperans : Si quos in Comitatu aulico incontinen-

E tia &

tia & libidinibus contaminatos resuscitabat, emendare vitam aut discedere ex aula iussit. Nec in Diata solum, sed toto corporis habitu, vestitu, incessu, decorum ac modum sua dignitati & persona convenientem servabat, & alios, ut ficerent, adhortabatur, securus vero facientes vel increpabat severius, vel, accedente contumacia, in eos justè animadvertebat.

Nihil de rei familiaris administranda peritia, qua omnia quam optimè temperabat, sumptus ita restringebat, ne vel suos exactionibus oneraret, vel pecunia, qua rerum gerendarum nervus est, Demosthene teste, necessitate desitueretur.

Amor in suos.
Reveren-
tia erga
Impera-
torem.

Nihil de paterna bonitate ac amore erga suos: vere n. Cyri illud Principi nostro conveniebat. Αγαθὸς ὁὐδὲν διέφερε πάτερ & ἀγαθός; quemadmodum bonus pater familias, fide, cura & diligentia paterna hoc unum agit, ut familia pietatem, pudorem & pacem solenti benè sit, sic Principi nostro cura summa fuit, ut suis quam optimè esset, ut virtuti suis nitor & honor, vitijs vero sua αἰσχυνοσών & pena constaret.

Nihil de reverentia erga Imperatorem Romanum, contra cuius auctoritatem & mandatum quicquam facere, piaculum ducebat, & contra decretorias Imperij sententias ne tantillum ipso facto attentari

tentari volebat, affirmans, se non minus Imperatori
Romano reverentiam & obedientiam, quam suos
sibi debere, seq; non solum posse imperare sed & ob-
temperare.

Nihil de eximia ipsius modestia & vera humili-
tate: Semper secum illud Macedonij circumferebat,
quod Theodosio Imperatori olim suggestit. Memi-
neris te non Imperatorem tantum, verum hominem
esse, non igitur, quae Imperatoria Majestas sit, sed quae
humana infirmitas cogites. In capiendis consilijs
nihil sua prudentia, nihil intelligentia, qua divinitus
summa ornatus erat, nihil ingenij perspicacitati tri-
buebat: externis praesidijs, ubi adessent, non con-
fidebat, si abessent, non trepidabat, sed omnem suam
curam in unum Iehovam jactabat & ei soli confi-
debat.

Ingens & eximia Pacis laus est, qua post ve- Pacis stu-
ram Dei agnitionem Respubl. nullum munus aut dium.
sibi melius & utilius aut civibus gratius & dul-
cius optare potest: illa enim omnia pulchra, omnia
salutaria gignit & producit, illa altrix bonarum
artium & conservatrix est omnis boni: Hujus
Princeps accuratam semper habuit rationem, cer-
to sibi persuasum habens, non modo auream
eam esse, qua ipse utebatur, sed etiam iniquam
meliorem esse justo bello, & potiorem innumeris
triumphis

triumphis; pro hac in toto Ducatu conservanda la-
boravit sedulo & ad ejus studium adhortatus est al-
lios fideliter; in hac Patriam, quæ, Platone teste, pa-
rens & Nutrix est omnium, quæ artibus, opibus &
disciplinis omnes instruit, dignitatibus ampliat, quæ
amat & vult amari, annos rexit quadraginta no-
vem feliciter: hac in parte non solū cum Numa Pom-
pilio & Marco Antonino Pio pacis studio præclaris
comparandus, sed eisdem longè præferendus: quoru[m]
ille adeò Pacificus fuit, ut Iani templum (quod aper-
tum bellum, clausum vero, pacem & tranqui-
litatem denotabat) tres & quadraginta annos
clausum sub eo manserit, hic vero nullius omnino
belli gerendi voluntarius fuit auctor, nec nisi la-
cessitus injuria arma intulit.

Si inter Principes viros aut Imperij status a-
lios dissensionum semina jaæta esse & incendium
aliquot gliscere animadverteret Princeps, nul-
lum non movit lapidem, ut ferociores demul-
ceret, & ad moderata consilia sua auctorita-
te inflechteret: In quo ipse unus semper potuit plu-
rimum, quippe, qui & auctoritate apud omnes
valebat summa, & Heroum ingenia tractare nô-
rat optimè: dum ergo ipse pacem coluit tam constan-
ter, omnibus quasi quiete habitandi asylum præ-
buit, & verè fuit arbor patula dulcissimam tran-
quillitatis

quillitatis umbram, quam plurimis exhibens, & in gubernatione ejus Misericordia & Veritas sibi obviaverunt, Iustitia & Pax se in vicem sunt osculata. Sed quid multa? Nihil est in omni felicitate praeclarum, nihil in omni splendore egregium & magnificum, nihil in omni potentia magnū, nihil in omni dignitate excellens, nihil deniq; in omni bonorum genere prestans atq; eximum, quod in hunc Principem Deus non liberalissime contulerit.

Sed ne videar patientia vestra in audiendo abuti, finem dicendi faciam, ubi paucis Principis nostri pium & verè beatum discessum ex hac vita, & que eum antegressa sunt, commemoravero: in his enim & fidei documentum certissimum & patientie exemplum illustre nobis omnibus imitandum perspicietis.

Morbus etsi initio non videbatur lethalis, vires tamen paulatim sumens magis magisq; corporis vires alias senio exhaustas debilitabat adeo, ut ipse Princeps sentiret, se indies ad limen mortis propius accedere; ideo ad felicem ex hac vita emigrationem se totum componebat ad Christum Servatorem certa fide conversus, in cuius instructissima merita salutaris apotheca omnibus ex aquo mortalibus partente expeditissima antidota, non dubia, non cor-

rupta, sed certissima, verissima & ipso Christi sanguine macerata & preparata atq; contra mortem totiusq; inferiorum exercitus valentia inveniuntur: Ut fidem suam confirmaret, seq; ad iter illud corona immarcessibilis recte accingeret, edita confessione sua magna cordis compunctione & accepta latissima Absolutionis voce, cœlesti illo pane & vino, sanctissimo Christi corpore & sanguine pro nobis in crucis ara oblato & profuso se refecit & plenissimus fide ac consolatione statuit, sua peccata & transgressiones omnes sibi à Deo patre φιλοστέγω propter sufficiens illud λύτρον etiam pro peccatis suis persolutum remitti & condonari; & se totum voluntati & potentiae divina commisit.

Medici, quotquot ipsi in morbo præsto fuerunt, licet pro consilij sui rebus in istis magnitudine & usu felici multorum annorum excellentissimi, rationes suas ad curandum hunc morbum contulerunt, usurpati, quæ in hoc genere valeant plurimum, pharmacis exquisitißimis: tandem tamen & in hoc Principe nostro experti sunt arcanum Dei in humanis dirigendis consilium immotum & aternum esse, adversus mortem omnibus mortalibus ex quo communem, nullum in terris ullibi remedium inventi.

Cum

Cum ergo Princeps vires supra modum laborantes atq; perditas succumbere non obscure sentiret, reliqua etiam, quæ ad morituros spectant, agere cœpit, **E**cum sermonis usus, catharro pulmones magis magisq; opprimente, difficilior esset, per paucis quidem verbis, sed admodum Emphaticis suam voluntatem postremam declaravit, **E** Dominos Consiliarios, paucis ante mortem diebus Celsitudinem ipsius accedentes **E** suam ei declarantes, ad Iustitia Studium **E** amore adhortatus est his verbis: Agite, o consiliarij optimi, Deum timete, superiores reveremini, Iustitiam unicuiq; **E** administrare, in sceleribus vindicandis præcipue vero homicidijs puniendis strenuos **E** acerrimos vos præbete: scriptum enim est, Terra non expiabitur in qua inultus manet sanguis innocens, nec in casibus homicidiorum tam rationem intercessionum Illustriſſimarum personarum, quæ ipsis non raro extorquentur, quam vestrarum conscientiarum **E** officij vobis demandati habete.

Fuit Princeps in toto morbo ad utrumq; paratus, ad vitam retinendam, si sic Deo placitum; sin aliter, relinquendam: bonus videlicet miles ac fidus, qui ab Imperatore jussus in statione manere, manet, jussus discedere, discedit; testantur hoc cicne illæ cantiones **E** aurea dicta,
qua

qua& in toto morbo ore māsueto sapius protulit: Astan-
tibus quibusdam & vota pro restitutione Clitudinis
su& facientibus magno animo respondet. Sum in
manu Domini, faciat ipse mecum secundum bene-
placitum voluntatis su&, ei me totum commendavi,
Und habe albereites viele Botten zu ihn hinauff
geschicket/ ich bin sein Knecht / wil ehr helffen/ es
kostet ihm nur ein wort / ich befehls ihm / hoc est,
jam pridem ad eum aliquot tabellarioris allegavi,
sum ipsius minister, si vult me liberare, vel uno ver-
bulo id potest efficere, fiat ipsius voluntas, siue enim
vivo siue morior Domini sum: Pœnitentiario suo
quarenti, an mallet in terris apud mortales manere,
an in supernis apud Christum vivere, respondit. In
terris nihil boni exspectari potest, in cœlis est bonum
esse, & elevatis in cœlum oculis & manibus magno
desiderio cum Gentium Doctore cupiebat dissolvi
& esse cum Christo, quid enim, inquit, hic diutius age-
rem apud vos. Euge fidem eximiam & ad-
mirandam.

Vnde verò tanta lux fidei? unde tam ardens cœ-
lestis vita desiderium? unde tam heroicus & intrepidi-
sus Spiritus? unde vires tanta? Exs̄pe non du-
bia vita æternæ. Hæc enim vires addit ad omnes
mortis terrores mente profligandos, hæc animum
elevat ad domicilium æternum, ubi gaudium
sine

sine tristitia, salus sine labore, lux sine tenebris, put-
christudo sine labe, Ubertas sine inopia, hac arcum
mortis alias omniaibus mortalibus formidandum
contemnere facit. Mortem non timere, multum est,
amare miraculum. Sciebat Princeps longo rerum
usu edoctus, dia vivere nihil aliud esse quam dia
torqueri, seqꝫ regnum non deponere sed mutare, non
obire sed abire, ꝩ transire de astu ad refrigerium, de
exspectatione ad primum, de agone ad Beatiꝫ, de la-
bore ad quietem, de dolore ad voluptatem, de fletu ad
solacium, de carcere in libertatem, de regno terreno
ad cœleste, de morte ad vitam, de fide ad noticiam,
de exilio ad patriam, de mundo ad patrem, ideo non
tam exhorreſebat mortem, quam eam expetebat.

Venit tandem ille funestus dies nobis omnibus
luctuosissimus X I V. Aprilis ꝩ instabat quarta
matutina, quam exoptatam sua salutis horam Princeps ipse ominabatur, qua etiam suspirijs, corde, oculis ꝩ manibus ad Deum sursum elevatis inter pre-
ces ardentes ꝩ confessionem constantem, animam
suam Christi sanguinemundatam, placidissime tan-
quam ad somnum compositus efflavit ꝩ Christo
fidissimo Pastori reddidit.

Sic ergò Illustrissimus Princeps U L R I C V S
placida compostus pace, anno etatis septuagesimo
sesto, gubernationis sua quadragesimo nono, quevit.

F

O Prin-

O Principē felicem & beatum, qui ita vitam caducam, fallacem, & rumnosam, erroribus & miserijs plenam, cum vita perpetua, secura, beata, vera & immortali commutavit. O nos infelices, qui tanto Principe & bono publico sumus privati.

Verum, cum non casu sed Dei consilio vitam Principibus & privatis dari & auferri sciamus, ac quiescamus in voluntatis divina & beneplacito & componamus animos nostros ex nimio luctu ad moderationem, & convertamus oculos ad Carolum fratrem Principis nostri beatissimi, quem Deus ipse tanquam columnam sua benignitate substituit. In hujus bonitate, consilio, auxilio & protectione omnis nostra spes, nostra consolatio, nostrum desiderium post Deum sit fixum. Ipse enim beatissimi nostri Principis vestigijs insistens, curam Ecclesie & Reipub. aget sedulo, patrocinium veritatis caelestis & Iusticiæ suscipiet fideliter & ad amorem cavebit prudenter, ejus salutem pijs precibus Deo commendemus, iussis ejus pijs & honestis, animis promitis, morem geramus, nec committamus nostra ingratitudine & inobedientia, ut publicam patriæ cladem de novo accresciamus, aut lethale vulnus Ecclesijs atq; Scholis infligamus.

Afficiamus juniores Principes tanquam flosculos fragrantissimes succrescentes & etiam nunc odo-

rem

rein sua vitatis de se spargentes, & vota pro eorum salute ardenter & indefinenter faciamus.

Sic recte sub præpotente Dei manu nos humiliabimus, sic debita gratitudine Principis beatissimi manus parentabimus, sic vidua mæstissimæ, Dania Regina & reliquis personis Illustrissimis vera & umbras condolebimus, sic deniq; Deo chari, ab exitio tuti & consummato vita cursu aeternum salvi erimus.

Quæ omnia ut nobis sint rata & eventus votis correspondeat, te ô Immanuel Iesu Christe, fons & largitor omnis boni, toto pectore rogamus, ut in hac sarepta nostra Conserves doctrinæ puritatem, eamq; ad posteros, hostibus ejus sanabilibus conversis, insanabilibus repressis & confusis, propages, & Ecclesia tuae veritatis promos fidos subministres.

Protege & conserva Domine Iesu Illustrissimum Principem Carolum, rege & doce eum Spiritu tuo sancto, ut Zelo domus tuae accensus veritatem diligat & pacem quarat, Ecclesia hospitium præbeat, Rempub. judicijs & legibus munitam in bona & diuturna pace tueatur.

Cymbricam familiam, Dania Regem Christianum IV. matrem Sophiam, fratrem Ulricum, Principem magnanimum Episcopatus Suerinensis Administratorem & Academia Rostochiana Cancellarium,

cellarium, quam diutissimè in bona valetudine
rerum omnium prosperitate defende & tuere.

Benedicito Illustrissimis Principibus Iunioribus,
protege eos ministerio Angelorum, spiritus tuus bonus
ducat eos in semitam rectam, ut in tuo timore cre-
scant, pietate, prudentia & clementia maiores suos
imitentur & superent.

Ad sis o Samaritane & Medice fidelissime vi-
duæ Annæ jam mæstissimæ & reliquis personis Sere-
nißimis & Illustrissimis lugentibus, & sana saucia
illorum pectora efficacissimo & saluberrimo balsa-
mo verbi tui.

Serva reliquos Principatus, qui præbent Eccle-
sia tua hospitia, arce à nobis rabiem Turcicam, quæ
Ecclesijs & politijs nostris excidium minatur, custo-
di nos à venenatis contagijs & fac nos omnes

vasa misericordia & organa salutaria

Ecclesia & Reipub.


Amen.



14. Sep. 1983







Princeps vires supra modum laborans succumbere non obscure sentiret, reli-
et ad morituros spectant, agere cœpit,
is usus, catharro pulmones magis ma-
te, difficilior esset, per paucis quidem
modum Emphaticis suam voluntate
declaravit, & Dominos Consilia
e mortem diebus Celsitudinem ipsius
quædam suam ei declarantes, ad Iusti-
am morem adhortatus est his verbis:
liarij optimi, Deum timete, superio-
Iustitiam unicuique ad
celeribus vindicandis præcipue vero
iendis strenuos & acerrimos vos
im enim est, Terra non expiabitur
manet sanguis innocens, nec in casu-
tam rationem intercessionum Il-
personarum, quæ ipsis non raro ex-
in vestrarum conscientiarum & of-
ndati habete.

eps in toto morbo ad utrumq; para-
etinendam, si sic Deo placitum;
quendam: bonus videlicet miles
b Imperatore jussus in statione
jussus discedere, discedit; testan-
ta cantiones & aurea dicta,
qua